Fragmentarium



lauerte. Lc libri deutronomii.
In diebus illis: Locutus est moyses
ad dominum dicens. Respice domine de
sanctuario tuo. et de excelso celorum
habitaculo: et benedic populo tuo
israel. et terre quam dedisti nobis
sicut iurasti patribus nostris: terram
lacte et melle manantem. Audi
israel: hodie dominus deus tuus
precepit tibi ut facias mandata eius
atque iudicia. et custodias ex toto
corde tuo: et ex tota anima tua.
Dominum elegisti hodie ut sit tibi deus:
et ambules in uiis eius. et custodi-
as cerimonias illius. et mandata
atque iudicia: et obedias eius imperio.
Et dominus elegit te hodie. ut sis ei po-
pulus peculiaris sicut locutus
est tibi: et custodias omnia precepta
eius. et faciat te excelsiorem cunctis
gentibus: quas creauit in laudem
et gloriam. et nomen glorie sue. Ut sis po-
pulus sanctus domini dei tui:
sicut locutus est tibi. R. Protector
noster aspice deus et
respice super seruos tuos V.
Domine deus uirtutum
exaudi preces ser-
uorum tuorum. Colla.
Deus qui nos in tantis periculis
constitutos pro humana scis
fragilitate non posse subsistere.
da nobis salutem mentis et corporis:
ut ea que pro peccatis nostris patimur.
te adiuuante uincamus: Lc
In diebus illis: libri deuteronomii.
Dixit moyses filiis israel. Si cus-
todieritis mandata que ego pre-
cipio uobis. et feceritis ea ut diliga-
tis dominum deum uestrum. et ambuletis
in uiis eius adherentes ei: disper-
dat dominus omnes gentes istas ante
faciem uestram. et possidebitis eas
que maiores et fortiores uobis sunt.
Omnis locus quem calcauerit pes
uester: uester erit. A deserto et libano et
flumine magno eufrate. usque
ad mare occidentale: erunt ter-
mini uestri. Nullus stabit contra
uos. Terrorem uestrum et formidinem
dabit dominus deus uester. super omnem terram
quam calcaturi estis: sicut lo-
cutus est uobis dominus deus uester. R.
Propitius esto domine pecca

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 17309, 3r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-gedu/3248/34986)